

*nestoriam & aliqui legem  
Macometi observant*

*adorant ydola xristiani  
& macometani*

in dicta prouincia multe sunt ciuitates & castra. quarum est magistra ciuitas Erguiul(?) & ineundo per syrocom uersus contra[ta]s cathay inuenitur quedam ciuitas nomine singui & prouincia uocatur silingui in qua sunt multe ciuitates & castra & continentur in supradicta prouintia Tangut & sub dominio magni can gentes uero adorant ydolla aliq̄ue macometi legem obseruant & etiam sunt aliqui xristiani. inueniuntur ibi multi boues siluestres qui sunt magnitudinis Elephantum & pulcerimi ad uidendum sunt albi & nigri nam duplo plus laborant quam alij & duplo sunt fortiores est etiam quedam bestia parua que magnitudinis est gaçelle id est unius capree| & est pulcrum animal ad uidendum. in ista itaque 18v° bestia in umbilico sub uentre habet quoddam sanguinis apostema. quod ab ea cum corio toto abscinditur & sanguis quod intus est est illud muscatum quod tantum redit odorem sunt & allie aues multarum manerierum diuersorum colorum penas habentes gentes uero adorant ydolla. & sunt pingues quibus est paruus naso & nigri capili barba non est eis nisi solum iiij pila in mentto. domine nullum habent pillum preter quam in capite. sunt mulieres albe pulcram carnem habentes. & in omnibus membris optime sunt formate. homines multum in fornicationibus delectantur accipiunt multas uxores ut supra & si qua mulier de uili progenie nata esset multum formosa & pulcra aliquis princeps uel baro ipsam accipit in uxorem & dat matri eius multum argenti secundum quod melius possunt inuicem conuenire/

*adorant ydola*

Cum uero disceditur ab ergiuul eundo uersus leuantem per viij dietas inuenitur quedam prouincia nomine Egrigaia in qua sunt multe ciuitates & castra sub nomine prouincie de tangut magistra quidem ciuitas calacian nuncupatur gentes cuius ydolla collunt sunt & ibi tres ecclesie xpistianorum nestoriam legem sectantium in ista ciuitate laborantur çambeloti de pilis camelorum pulciores que reperiantur in mundo & similiter de lana alba fiunt quos mercatores portant| per multas contratas & specialiter in alcathay//— 19r°

**T**enduc est quedam prouincia uersus leuantem in qua sunt multe ciuitates & castra que subiacent dominio magni can quia desedentes omnes presbiteri iohannis regentes ibidem sunt subditi magno can. magistra quidem ciuitas nominatur tenduc. & in ista prouincia rex est quida[m] de progenie presbiteri Johannis nomine georgi. presbiter quidem est xpistianus quia omnes xpistiani de partibus illis efficiuntur. magnus uero can semper aliquas de filiabus suis & alias que de stirpe sua descendant cum regibus regnantibus qui de progenie presbiteri Johannis descenderint copula matrimoniali coniungunt. in ista prouincia inueniuntur lapides de quibus fit açurum/ & sunt ibi multi & boni. fiunt etiam ibi çambeloti ualde boni de pilis camelorum homines uiuunt de fructibus terre sue. fiunt ibi aliqua mercimonia & artes dominium uero xpistianorum est quia

*hic regnant xristiani*